



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Defensio Abbatiae Imperialis S. Maximini**

**Zyllesius, Nicolaus**

**Treveris, 1638**

§ 5 Sententia à Ferdinando II. gloriosissimæ memoriæ, eiusque Consilio  
Aulico lata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14268**

rarum vno velut compendio spectandam proposuit, inter tot Imperii motus Cæsaream curam ac Vigilantiam in conseruando S. Maximini Monasterio deesse non est passus.

Dum Abbatem modernum Agritium, Priorem, Conuentum ac omnes eius ditiones, in peculiarem suam protectionem recepit, vti exhibetur N. 84.

Dum eiusdem sacri loci, quem Illustre Imperatorum ac Maiorum suorum, & antiquissimum monumentum agnouit, iura omnia confirmauit vti habes sub Nu. 86. vbi peculiariter id quod pridem ab Ottone Magno alijsque Imperatoribus concessum fuerat, confirmat vt modernus Abbas Agritius eiusque Successores Titulo Archicapellani Romanorum Imperatricis gaudeat ac vtatur aliaque peculiaria priuilegia referre & concedere est dignatus.

Dum item ex singulari affectu & cura Monasterij vetustate, & auita Religione celeberrimi, vti loquitur, eius conseruationem, defensionem ac protectionem aduersus quascunq; molestias aut perturbationes Philippo IV. Hispaniarum Regi Catholico tanquam Duci Luxemburgensi eiusdem sacri loci & Iurium inde dependentium Aduocato & Protectori commendauit, ab eoq; conseruari præcipiendo mandauit, vt videre est Nu. 87.

Dum denique ab eo, eiusque supremo Consilio Aulico sententia lata est, per quam in Iudicio contradictorio, quæstio tunc iterum mota de subiectione immediata dicti sacri loci in possessorio est decisa, quam libet proferre.

*S. 5. Sententia à Ferdinando II. gloriosissimæ memoriæ,  
eiusque Consilio Aulico lata.*

**L**otharius Archiepiscopus Treurenſis Anno MDCXIII. apud Matthiam Cæsarem querelas deposuit, quod Abbas S. Maximini eiusque subditi exactiones siue subsidia in Imperio concessa soluere & præstare ipsi detrectarent, cum tamen allegaret dictum Abbatem & Subditos ipsi immediate subiectos, & se in possessione Juris eos collectandi esse assereret. Mandatum itaque à Cæsarea Maieſtate obtinuit, quod sub N. 85. videre est.

Contra quod Abbas pro tempore S. Maximini Responsiones & exceptiones suas eorum Consilio Aulico Cæsareo proposuit; Archiepiscopo è contra suas Replicas proponente, auditisque partibus ac omnibus earum documentis, rationibus ac firmamentis, ventilatis, examinatis, discussis per tredecim rotos annos, sententia demum Anno MDCXXVI. solemniter, & cum omnibus formalitatibus lata est, qua mandatum prædictum cassatum fuit, annullatum & decretum in ordinario possessorio, vt tam Archiepiscopus, quam eius Successores ab exigendis eiusmodi collectis deinceps abſtineret, & desuper idoneam & sufficientem cautionem præstaret. Abbas verò contributiones & indictiones immediate Imperio solueret, sicuti alij immediati Imperij Status, sententiam hic ob oculos tibi ponere visum est.

In sachen weylandt Herrn Lotharij an jetzt Herrn Philips Christoffen Erzbischoffen zu Trier/ des Heiligen Reichs Churfürsten/ 2c. an einem/ gegen vnd wieder auch weylandt Herrn Reinerum jetzt Herrn Agritium Abbtten des Gotteshaus S. Maximin/ vnd desselben Gotteshaus Vnderthanen am anderen die geklagte außstehende vnd künfftige Landsteuren vnnnd darüber außgewurcktes Mandatum sine clausula betreffende/ ist allen fürbringen nach zurecht erkent/ das solches Mandatum zu Cassiren vnd außzuheben/ inmassen es auch hiemit Cassirt vnd vffgehoben würdt. So dann ist weitthers

in ordinario possessorio caulam principalem betreffende / erkent / das klagender Herr Erzbischoff vnd Churfurst / auch dessen nachkommen sich hinfuro des angemestten Stewrens zu enthalten / vnd deshalben gnugsame Caution zu thun / dargegen beflagter Herr Abt / seine Nachkommen vnd seines Gotteshaus Vnderthanen alle hilffen vnd anlagen dem Reich so jederzeit bewilliget ohne mittel / gleich wie andere ohnmittelbare Reichs-Ständt zu erlegen vnd zu bezahlen / auch alles anders was andern vnmittelbarn Reichs-Ständen zu laisten vnd zu thun obligt / zu thun vnd zu laisten schuldig / vnd die zu beeden theilen auffgeloffene Gerichtskosten auß bewegenden Ursachen gegen einander verglichen vnd Compensire sein sollen.

Signatum zu Wien vnder Ihrer Keyserlicher Mayestät außgedrucktem Secret Insiegel / den dritten Augusti Anno Sechszehn hundert Sechs vnd Zwanzig.

Latine ad verbum sic sonat.

*In Cauſa quondam Domini Lotharij nunc vero Domini Philippi Christophori Archiepiscopi Treutrenſis Sacri Imperij Electoris &c. ex vna, Contra & aduerſus etiam quondam D. Reinerum, nunc Dominum Agritium Abbatem Monasterij S. Maximini eiusdemque Subditos ex altera, in litem deductas cessas & futuras Prouinciales contributiones, & ea propter obtentum Mandatum sine Clausula, concernente, productis omnibus consideratis iure decifum est, mandatum illud cassandum ac annullandum, vt & hisce cassatur ac annullatur. Præterea in ordinario quoque possessorio causam Principalem concernente decifum est vt Actor Dñs Archiepiscopus & Elector eiusque Successores deinceps à prærens contributionibus abſtineant, & de super sufficientem cautionem præsentent, è contra Reus Dominus Abbas, eius Successores, illiusq; Monasterij subditi omnia subsidia & indiçiones quouis tempore Imperio concessa, immediatè sicut & alij immediati Status Imperij præstare ac facere tenentur, præsent ac faciant, expensis Iudicialibus hinc inde factis iustis de causis mouentibus compensatis.*

Signatum Viennæ sub S. Cæs. Maiestatis Impresso Secretario Sigillo, tertia Augusti Anno 1626.

Hac vna sententiâ regnante sanctissimo Imperatore à sapientissimo Consilio lata, merito omnis dubitatio de iure S. Maximini sublata fuit. Nihilominus ægrè illam tulit Eminentissimus Archiepiscopus Philippus Christophorus malè à suis informatus, adeoque ipsi visum fuit via facti contra Ius dictamque sententiam procedere.

Sed pijsimus Cæsar literas dedit ad Serenissimam Isabellam Infantem Belgij Moderatricem quibus prædictam sententiam illi notificauit, commendauitque secundum hæreditariæ Aduocatiæ & protectionis debitum, non patretur quidquam ab alte memorato Philippo Christophoro Archiepiscopo contra dictæ sententiæ tenorem attentari, Epistolam habes sub N. 89.

## SECTIO II.

*Idem probatur ex notis certis immediati Status Imperij.*



SENTENTIA cuiusque rei per proprietates eius inuestigatur & probatur immediati Imperij Romani Status notæ ac proprietates hoc & superioribus sæculis, vt constat ex rei natura & Imperij Receptis, constitutionibus ac ordine, habitæ semper fuerunt sequentes; nimirum ad Imperij comitia vocari, in iis sessionem & suffragium habere Regalia & in his Iurisdictionem, feuda & dignitatem immediatè à Cæsare & Imperio accipere. Ita enim de iis loquitur Carolus V. Cæsar in Augusta-